




# **Aloisii Marliani ... in Martinum Lutherum oratio.**

<https://hdl.handle.net/1874/353231>



ALOISII MARLIA  
 ni Mediolaneñ. Epi Tuda,  
 atq; asecretis Caroli Ce  
 saris dignissimi in  
 Martinū Lu  
 terem  
 ORATIO

REVERENDISSIMO DOMINO  
D. Cardinali Armelino Marcellus Palonius  
Romanus foelicitatem optat.



Am orationem amplissime Armelline, non minus  
sanctam, q̄ omni eloquentia conspicuam, qua Mar-  
tianus Aloisius pro dignitate Romanæ sedis in Lu-  
terium scripsit, cum a viris sacre Academicæ, & præ-  
sertim a duobus Romani eloquiū fulminib⁹, Iacobo  
Sadoleto, & Camillo Porcio extolli summis p̄conijs audiuisse, &  
insuper ab om̄ibus expecti, curavi sub tuo nomine studiosis largi-  
ri, colligens me non privè eivni displicere potuisse, q̄ om̄ibus sa-  
tisfecerim Christiano ritu imbutis, & in primis tibi, qui tum p̄ci-  
cipuo amore erga Leonem, tum insigni autoritate, & doctrina q̄st  
quoddam Reipu. sidus illuxisti, ideoq; sub tui fulgoris splendore  
cæteri secure legent, & si forte se offensum Marlianus rebitur, mi-  
nus erit mihi infensus, ea quanq; communicare mortalibus dedi-  
gnari non debet, quæ sic religiose, & tam cōstanti animo scripsit,  
cuius magnitudinem idem Camillus vna cum candore, & dicen-  
di maturitate maxime est etiā admiratus. Nam Luterius sibi ipsi  
diffidens, & per metum procul a Ro. Pon. de fide in aula, & circum-  
datus armis disputavit, illi, is pro Ecclesiæ, & Italici nominis ma-  
iestate solus (quod fortasse paucis contigisset) in media Germania  
contradicere non veritus est. Vale.

3

**J**alofij Marliani Mediolanenſi Epifcopi Tudæ, atq; ſecretis Caroli Cæſ. digniſſimi in Martinum Lu-  
terium Oratio.

**Q**uod orbis imperium ad Germanos puen-  
rit, q̄ militaris diſciplina, quodue omnes bo-  
næ artes (vt putatis Lutheriani) in Germaniã  
cum Imperio migrauerint, æquo anio profe-  
cto accipimus, æquiore accepturi, ſi vt nomen, ita & or-  
bis Imperium retineretis. Nam nullus eſt eorū, qui bene  
ſentiunt, qui non pro fortuna & dignitate Imperij quoti-  
die vota faciat. Bonas vero artes, nec vobis inuidemus,  
nec in nobis deſideram⁹. Verum poſteaç; ita cibat Lu-  
theriani vos parētes, nos bonarū artiū magiſtros poſthac  
appellabimus, vos ſapientiam magno prius diuortio fa-  
cto cum eloquentiã conciliaſſe, vos copioſe & apre Ari-  
ſtoteleo more in vtrancq; partem (quod Arceſilæ & Car-  
neadi ſolum cōceſſum erat) dicere poſſe aſſeremus, vos  
ſolos, vos veros, vos perfectos oratores (licet nō omnes  
id ſentiāt, aut velint) fatebimur, ſi vnum dumtaxat impe-  
trauerimus, ne hanc veſtrā ſapientiã, & eloquentiam, in  
religionem exerceatis. Nam poſteaç; (ut uultis) languē-  
ti & iacētī Italiã, ſtudiã & bonas artes facile detraxiſtis  
Vrbi & Capitolio, hoc eſt, aris & focis, bellū inferre ui-  
demini. O rigo autē mali, quod tã late ſerpit, extitit, q̄ q̄-  
dã non tam latine, quã docte tempeſtate noſtra ſcribere  
uidentur. Illi uero, cum ſe tuerentur, uobis opponebant  
Marcum Tullium Ciceronem, quo auctore loqui didi-  
ciſimus, qui ſcientias omneis, ipſas quoç; artes uerba ea  
habere, quæ a peritis tantum ſcientiarum & artium illa-  
rum intelligantur, dogma quoç; ſuum, & ſua uerba quã-  
cumq; ſcientiam & artem habere uolebat, preſentim phi-  
loſophiã, quæ minime de foro uerba accipe poteſt. Itaq;  
ueſtras has ſimultates, cū oēs tū boni, tū docti tãç; in the-  
atro pugnas ſpectarēt, facile & ſi diſceptare inter uos nō  
poſſent, uidebāt ſane, alijs eloquētiã, alijs ſapientiã deeſſe,  
A ij

4  
Vos autem Lutheriani, qui eloquentiã vsurpatis, quid putatis aliud stoicorũ breuiã & acuta fuisse, q̃ horũ verba? Acres erant (vt hi sunt) in disputando & cauti Stoici, sed rudes & horridi, qui & hostem conficere, & se seruare, & recipere pulchre didicissent. Demum Lutheriani paululis postea licentiã frena laxare, & arietem in caput Ecclesiã ducere (quod nullus ferre amplius, aut potest, aut debet) cœpistis. Nam Luterus vir (vt puto) non omnino malus, Deteriores etenim longe eos esse existimo, qui in eo latent, & illi tela suggerunt, li enim cum summã impietati summam impudentiam adiunxissent, per suasere Lutero, vt in vitam & mores pontificum inueheretur, tanq̃ illi & cœsores perpetui, & dictatores in terra Deo nouissime missi essent. Inuectus est cum Lutherianis in pontifices Luterus, tam illoto ore, tam impuris verbis, vt non meliorem eius vitam quam verba suspicaremur. Sed vnde id Lutheriani accepistis? quem imitati estis? Nunquid ab illo didicistis, qui accusatam adulteriũ mulierem, dum aliorum vicia terrã inscriberet, accusantes, suo, & proprio iudicio damnauit, & accusatã, cũ nullus supereisset, qui accusaret, absoluit, ea tamen lege, ne peccaret, Animaduertite quanti ille delatores, & accusatores alienã vitã faceret. Et vtinam ille in terris esset, Ingens area, & latus campus non sufficeret, vt vestra errata Lutheriani describeret, cum solam ambitionem vestram, solam inanis gloriã cupiditatem, vnus orbis capere non posse videatur. Ab illo, dicite Lutheriani, didicistis qui non vitas Pontificum imitandas, sed eorũ decreta & leges obseruandas docuit. Plus enim ille dignitatẽ tribuebat, quam vitã. Iubet igitur verba eorũ audire, iubet obseruare, iubet parere. Non iubet vitas imitari. Licet nihil sit, quod in hoc Pontifice nõ tam optimum sit, q̃ summum. Sic Lutheriani armenta in pastores cornua erigunt. Sed forte putatis cum summa potentia coniumctam summam impunitatem. Tantũ ne vos Dei iusticiã

facitis: quæ & si viventibus (vt vobis videtur) quandoq;  
 pœnas non infligat, non tamen pœnas & supplicia mor-  
 te euadunt. Cum morte enim non omnia moriuntur. nō  
 ipse animus, nō animi sensus moritur. Nisi forte ea, quæ  
 de inferis scribuntur vana putetis, quæ nisi vana crede-  
 retis, non negaretis profecto vota, præces, sacra, donavi-  
 uentium ad mortuos facere. Quid autem est aliud, id ne-  
 gare, quam impiū, immanē, parentum & filiorū fratꝝ  
 cōiugum, & omnium deniq; qui vixere, etiam post mor-  
 tem paricidam esse: cum tamen ea prodesse mortuis, iu-  
 deoꝝ locupletissimo testimonio, quorum humeris nos  
 innitimur, probetur. neq; gens aliqua, tam barbara, tam  
 effera sit, quæ non Deo litet, quæ sacra nō faciat, quæ iu-  
 sta non persoluat, quæ non parentet, quæ deniq; Deum  
 mortuis nō propitiat, & donis altarā cumulet. Inuidisse  
 Lutheriani profecto humano generi quietem & felici-  
 tatē videmini, de his loquor, qui hostes dei iudicati sunt  
 & quod immanius omnibus videtur, non tam id crede-  
 re, quam velle, scriptis vestris ostenditis. Vnum a vobis  
 quæram Lutheriani, si conceditis, vtrum viventium preci-  
 bus rediisse ad vitam aliquando mortuos audieritis? Si  
 negatis, nihil plus interrogo, si conceditis, quæro, minus  
 ne vobis videatur viventium precibus mortuos rediisse  
 an viventium suffragiis contractam corpoream labem,  
 quæ certo tempore excedit, citius dilui? Quis tam alie-  
 nus ab homine est, qui secundum iam facile non putet,  
 quam primum sit difficile? præsertim si ab eo fiat, qui  
 id facere non possit, concessa illi a Deo potentia, vt quic-  
 quid in terris ligauerit aut soluerit, retinuerit aut dimi-  
 serit (de peccatis loquor) ligatum aut solutum, remissum  
 aut retentum esset in cœlis. Hæc sunt concessa potestati  
 potius, quam vitæ officia, vtriq; tamen magis concessa.  
 Nam Lutheriani si quis sacris initiatus, & in sacerdotum  
 numerū cooptratus, rem sacram facit, nec tamen omnino  
 expiatus est, ac deberet, & diuina illa verba mente cōce-

De suffragiis  
 defunctorū.

Pœnam de-  
 functorū a  
 summo Pon-  
 tifice posse  
 leniri ac iudi-  
 ri.

pit, & ore promit, quibus Deus, nunquid ille rem sacrā non perficit? Perficit quidem, nō in dei iniuriam, sed in suam pœnam Minus ne censes esse, a sacerdote solis uerbis, rem sacram fieri, quo nihil mirabilius esse potest, an a summo Pontifice, uerbis, aut scriptis, mortuorum quę pro tēpore sunt, pœnas leniri, aut finiri: Vel si libet Luteri, responde quasō, utrum ab Imperatoribus sancitas ad bene beateq; uiuendum leges probes? Caue ne impbes, caue ne Casaris potentia detrahas, cui Deus optimus, dum inter homines uersaretur, nō detraxit. Vtūtur sua igitur Casar concessa in orbe auctoritate, utūtur reges, populi, Casaris legibus. At tu Luteri, & si fuerit Casarum semper maxima potētia, si leges sanctissimā, nunquid putas omnes Casares optimos fuisse? Alia pr sus uitā, alia dignitatis est rō, Culpari uita, minui dignitas nō potest. Vides igitur Luteri, minus esse pœnas leniri mortuorū, quę tpe finiuntur, q̄ mortuos redire? minus esse uerbis Pōtificis hęc fieri, q̄ sacerdotis uerbis rē sacram confici? Mortuos uero redisse, & rem sacrā a sacerdote fieri posse, & hęc summā potentia cōcessam fuisse pariter (ut docui, & docebo) euangeliā testatur. Preterea Iudeorū, & gentiū non tā uerba q̄ facta cōprobant Natura aliter (nisi hominē exuamus) sentire non patitur Leges, usus, nos cogunt, Et tamē erūt, qui nos nec hoies nec christianos esse uelint, ob quarundā (ut ferūt) pecuniarū scilicet usum, Culpandus usus, si malus, nō potētia fuit. Rescindēda ppter hos oīa sunt acta: propter hos, qui nec misericordes, nec liberales nos in mortuos esse patiuntur? O pietatē Luteri impiā, quā uetat contra omniū sententiam, nos pios esse non posse Aduerte Luteri, si habes contra hanc summam Pontificis potentia euangeliā, adducito adducito contra hanc nostrā in mortuos pietatē. Quę cū nō habeas, p mitte tibi persuaderi, ut credas eorū esse, ut iubeāt, nr̄m, ut parcam, officii. Solebāt qui rebus nouis in Rep. studebāt, honestos saltē titulos p

texere, ratioe, & auctoritate inniti. Nullã uero tu rōnem  
 adducis, nulli⁹ tu auctoritate inniteris, nisi q̄ tibi ita uide  
 tur, & te inermē nescio an sano cōsilio omnibus armatis  
 obijcis. Putas ne præterea Deū Luteri ignorasse, sacerdo  
 tes onera grauiã & pene intolerabilia imposuisse & im/  
 posituros? Videbat. n ea, & p̄uidebat. & tamē fieri quæ  
 impabāt, uolebat. At tu unus inuētus es, qui q̄ ille iu  
 bebat fieri, ne fiat impas Sed inquires, Rōano Pontifici  
 Petri successori hic prim⁹ locus nō debetur, cum nec soli  
 Petro cōcessus fuerit, concedis cōcessam hęc ligandi sol  
 uendi p̄ potestatiē, sed nō soli, q̄ & ego fatebor, si tn pri⁹  
 illi & clauēs soli donauerit. Nec q̄sdã Asiaticos, & Græ  
 cos tecū sensisse cōtende, cur non magis Luteri Græcos  
 & Asiaticos sequeris; qui bene sensere. Sed fatuus existi  
 mas, cum paucis errare, quã cū multis bene sentire. Ve  
 rum licuit illis, quod tibi non licet Luteri. Res non adeo  
 tunc, decretis patrum & conciliorū, ac nunc est recepta  
 erat. Sed videamus Luteri, & patiare quaso te sine cō  
 tumacia refellam, euangelia tā plana, tam clara sunt, vt  
 ab om̄ibus intelligi sine interprete possint, cū ad d̄m sa  
 lutem faciant, obscuriora fuere alia, q̄ prius scripta erāt,  
 cum nondum Sol ad horizontem peruenisset, hoc est  
 priusq̄ nobis Deus natus esset, noli igit̄ tenebras scripto  
 rum huic diuinæ luci offundere, noli nubibus solem ob  
 ducere, sed mera ȳba accipiam⁹. Petebat a discipulis De  
 us, quem filium hominis crederent, respondit vnus Pe  
 trus, qui profecto nō respondisset, nisi inter eos habitus  
 esset primus, interrogati sunt plures, respondit vnus Pe  
 trus, promisit, & cum promisit, donauit clauēs Regni  
 celoꝝ, & vni Petro, non pluribus. Nam aut simplicita  
 tem euangelij præuertes, aut diuinum sermonem impro  
 priū fateri cogeris. Verba audi, & dabo tibi clauēs. Re  
 gni celoꝝ, non vobis dicit, Si id voluisset Deus, verba  
 ne illi defutura erant? Demum postea, & super hęc pe  
 tram ædificabo ecclesiam meã, licet sint qui velint Petrã

De potestate  
 Romani  
 Pontificis.



Christum, nos tamen (vt inter nos conuentum est) eos  
 verbis diuinis non miscebimus. Sed animaduerte Lute-  
 ri, vtrum ædificator, & fundamentum ædificij, idem esse  
 possint? Quis est, qui proprie dici credat: nam quis vnq̃  
 ædificatorẽ supra se ip̃m domũ ædificare vidit: propriũ  
 magis est, vt sit ædificator ecclesiæ Deus, fundamentum  
 ecclesiæ tanq̃ petra, Petrus, quod forte meli⁹ latine quã  
 alijs linguis sonat, eo q̃ Romanã Ecclesiam caput alia-  
 rum futuram esse & p̃uidebat, & volebat. An tibi satis-  
 factum Luteri? Video te etiam nodũ in scirpo quærere.  
 Cupis ne, dum solum petrum alloquitur domin⁹, audí-  
 re? quis est qui locum ignoret Luteri? quid est quod te la-  
 teat? Sed forte ea animo tuo officiant, quæ te uerè vide-  
 re non patiuntur, ira, inuidia, ambitio, dum alius esse, ali-  
 us uideri cupis. Verba sunt ad Petrum. Petre amas me  
 plus his: respondit, tu scis quia amo te, pasce agnos me-  
 os, iteꝝ pasce agnos, tercio pasce oues, cui vnq̃ ap̃osto-  
 lorũ dixit, pasce agnos, pasce oues meas: quem ter vnq̃  
 int̃rogauit: quis ter vnq̃ respondit: mira est ter inter-  
 rogantis uis, mira ter respõdentis fides. Quis igitur est,  
 qui dubitare possit, tanq̃ primo pastori Petro, locum pri-  
 mum nõ deberi? Sed forte alijs moriturus dixit, Petre,  
 ne deficiat fides tua, & tu conuersus confirma fratres tu-  
 os. Solum Petrum his verbis allocutus est, tanquã sum-  
 mum & fortissimum, futurè extremis in rebus, dubijs &  
 afflictis alioꝝ ducem. Quod si etiam dubitas, responde  
 mihi Luteri, derelictur⁹ terras, & in celum ascensurus  
 dominus, vtrum in terris vicarium nullum, aut plures re-  
 liquerit: absurdum est si dixeris nullum & Deum caput  
 in terris ecclesiæ & hominum, sine homine esse uelis?  
 Scimus orbis, cali, terræ, & omnium Deum dñm esse.  
 Sed utrè hominib⁹ hominem præesse uoluerit: dices for-  
 te plures, Belluam multoꝝ capitum putas ne uoluisse ec-  
 clesiam suam Deum: & omnia quæ bene se habent, & re-  
 cte disposita sunt, ad vnum referri, Quibem ad deũ vnũ,

diem ad solem, noctē ad, lunā exercitum ad ducem, nauē  
 ad rectorem, nec deesse animalibus, auibus, aut etiā mi  
 nutis apibus unum, Solam ecclesiam homie vno, recto  
 re vno, arbitro vno carere: Q; si vni credidit, cui dicere  
 potes, nisi Petro: Claves autē iste cœli, quid sibi volebāt  
 quid poterant? si id quod tibi persuademus, & omnes  
 credidere, & cum omnes dico, te vnum excipio, nō pnt,  
 quid poterunt? Cur tam illustribus verbis munus suū  
 donaturus dominus ornabat: si non par verbis erat, qđ  
 donaret, si summam potētiam largiebāt (vt magnifica il  
 la verba habent) cur inuides: cur vt prohibes: Patiare igit  
 tur Luteri, Petrum, & successores Petri, esse, quod sunt,  
 qui, si aut vīta, aut potentia abutuntur, mihi crede, senti  
 ent aliquando summa in potentia, minimam esse debere  
 licentiam. Melius vero de confessione Luteriani statui  
 stis. O rem inauditam, pturbari cōfessionem ab his qui  
 cum Deo vixerunt, dum in terris esset, decretam, longo  
 vsu obseruatam, ab ecclesia confirmatam, quę si nō esset  
 nouis legibus ab ecclesia statui deberet, ab ea dico eccle  
 sia, quę a Deo, & Dei spiritu regitur, quam tanti sancti  
 viri fecere, vt euangelio se non credituros dicerent, nisi  
 ecclesia confirmasset. Credemus igitur euangelio, si  
 hos audimus, credemus Paulo, quia confirmauit eccle  
 sia, ecclesię vero, quę hęc confirmare potuit, non crede  
 mus Luteri: licet autem, sed forte id nescis Luteri, leges  
 non alienas a diuinis legibus, quę humano generi cōdu  
 cant, pro tempore, & rerum conditione condere. Nam  
 alia nascenti ecclesię, alia adolescenti, alia senescenti & ef  
 fata præsidia cōueniunt. Namq; nascentem mors domi  
 ni, martyꝝ sanguis, & sanctoꝝ miracula fundauere, ado  
 lescentem doctissimoꝝ viroꝝ scripta exceperere, senescē  
 tem vix morte, vix sanguine, vix miraculis, aut scriptis,  
 vix deniq; concilioꝝ, Pontificum, & patrum decretis (si  
 erunt qui te audient Luteri) retinebimus. Et profecto  
 metu religionis, & pudore, cōfessio homines detinet, &

metuti, & religioni cōglutinat, Tolle Luteri metum reli-  
 gionis, tolle pudorē, tolle prāces hoīm apud Deum, &  
 Dei grās apud hoies ( ut facere uideris ) ualere, tolles &  
 religionē licebit quicquid libuerit in tāta aūtilicētia sublatā  
 pietate, quā sanctitas, quā fides, quē religio esse potest,  
 quibus sublati, perturbatio uitā sequitur, & magna cō-  
 fusio, unde humani generis societate tolli necesse est, uo-  
 luptatē profecto Deū faciemus, Quid amplius Epicu-  
 rus hoīm, & Dei hostis, religioni obesse potuisset. Per-  
 suades ne tibi Luteri, Germanos, penes quos semp seue-  
 ra fuere cōiugia, rara adulteria, Boemox, qui de fide ma-  
 le sentiūt, exēplo, permittā illius cum mulieribus ( ut fer-  
 tur ) libertatis non mouerit. Quis est Germanā uirtutis,  
 frugalitatis, & magnanimitatis, qui id audire possit. Li-  
 cet a tuis consilijs alienū putē. Quis tñ eos excusso iugo  
 cohibebit. Quod si Luteri te nō impium, sed p pietate ea  
 quā agis, agere nobis persuadere uis, respondendū tibi  
 erit, cur Pontificē nō adibas. cur stomachi huius tui ar-  
 gumentū nō exponebas. dices fortasse, Timebā ne mihi  
 periculo essem, iā uideo Luteri tibi unā uirtutē deesse, for-  
 titudinē scilicet, nō sic hi, qui Deo afflati sunt, quos anti-  
 qui mirabātur, quāto aīo spōte, in ignes, in ferrū in mor-  
 tes ruerēt. Duo pfectō i te diuersa uideo Iu. cū sūma auda-  
 cia, metū At cur nō saltē lris explicastis. sed ( ut puto ) Lu-  
 teri in theatro & labyrintho pri⁹ te iuenisti, q̄ te ingredi pu-  
 tates, longius pfecto pro gressus es, q̄ optinereris, tibiq̄  
 euenit, ut belluis euenire solet, quā licet a natura fero-  
 ces sint, quiescunt, at stimulis agitata sauius furere con-  
 sueuere, & prācipites in suā, & alioz peniciē ferri, ego  
 etenī meo ex aīo tuū perspicio animū & tibi usu hoc eue-  
 nisse ( ni fallor ) mihi psuadeo. Et utinā ita ego animi tui  
 ætus, quos cōcitatos uideo, sedare possē eloquētia, aut  
 sapientia, quarū neutrā cū habeam, neutrā mihi uendico  
 neq̄ tu satis remedia admittis Luteri, cum philosophos  
 non audias. nec decreta patrū admittas, nec sancita con-

11  
Illiorū recipias, euangelijs uero tamq̄ tuis ita ūteris, ut  
pro arbitrio tuo, ea loqui uelis. Itaq; quis tecum congre  
di Luteri potest: auctoritate ne eruditorū? quos non au  
dis, ratioe: a qua & tu alienus es ut nulla de fide est ratio  
qua te noletē cogere possit, ratio quidem a philosophis  
quaerenda est, nequaq; a religione. Quid em̄ alienius q̄  
a rhetore demōstrationem, & a geometra persuasionē  
quaerere: plus a fide queris Lutheri, quam fides possit.  
Nam occultare fidei rationē, tam Deus uoluit, quam si  
de uti, neq; ratione, ultra fidem progredi, obductis in ui  
ta tenebris nos patitur, legibus igitur & mori, credendū  
atq; parendū esse, maiores uoluere, credēdūq; cum mul  
titudie, neq; querēdum rationē, ubi nō sit ratio, nisi q; ma  
iores nostri ita uoluere, ita statuere, ita obseruatū est ita  
ille, non Pythagoras dixit, sed qui optime patrem suum  
Deum Deus nouerat. Alia autem quae tu, a te prorsus  
alienus scripsisti, cū nihil cōmune cū lege, & ueritate ha  
beant, non attingemus, Luteri quis unquā contra philo  
sophos, qui res moueri negabant, pugnauit. Quis cōtra  
eos, qui diuidi res continuatas nō posse asserēbāt: s con  
tra eos, qui ignem calidū non esse uolebāt: hac una, & so  
la pugnaere ratione, ut experirentur, qui ignē negatē  
calidū, in eo an ureret. Pro fide igitur, Prophetarum  
oraculis, Dei ipsius, qui in terris fuit, testimonio, marty  
rū sanguine, & miraculis firmata pugnabimus: & in the  
atrū tamq̄ rem nouam adducemus fidē: sanctius, & reue  
rentius cū religione agitur silētio, & meditatioe, q̄ ostē  
tatioe. Neq; quicq; in religione, religiosus esse potest, q̄  
pie credere, & sancte uiuere. Mysteria autē fidei uulga  
re sacerdotes, tam nefas esse puto, quam olim eleulina  
sacra. At cum uidet te Luteri populus locum, quem ce  
peris, tenere, & tamquam in praesidio locatus esses, nolle  
a loco deijci, putat te aliquid facere. Sed quis te loco pel  
let, nisi te Deus fulmine deiecerit. Hinc tu in Ponti

hinc tu in pontificis potentiam summa licentia inuehe-  
 ris, vt obseruātia fidei intereat in mortuorū suffragia, vt  
 pietas in confessionem, vt religionis metus. Quæ Resp.  
 optimis licet legibus instituta, quiescere posset, si seditio  
 sis in leges, in magistratus dicere liceret. Quæ religio si  
 in leges, in sacerdotes, in legum vsum? Maiores nostri,  
 qui etiā ante ortam mūdo lucem fuere, ita statuere, vt  
 si quis de dignis aliter sentiret, quam a maioribus decre-  
 tum esset, & vsu a sacerdotibus cōfirmatum, impune o-  
 mnium telis obrueretur. ne vnus culpa cōcitata Dei ira  
 omneis pœna afficeret. In his enim Deus impietatem, in  
 alijs, q̄ impios patiuntur, negligentiam vlciscitur. Hinc  
 vltra q̄ soleat in Germania pestis debacchatur, hinc ho-  
 stitū Imperij quotidie maior autoritas esse videtur. Igno-  
 rare p̄terea Luteri videris, apud quos hæc aconita spar-  
 gas. Tu in Germania hanc rem tractas, in religiosa inq̄  
 & pia Germania, cuius, religionem Romanam tueri, cū  
 armis tum consilijs officium est. Videte, ne dum digni-  
 tatem Pontificis Romani oppugnatis Luteriani, digni-  
 tate imperij Romani oppugnetis. Nam o Germani, nō  
 amplius dignitati Pontificis imminet Lutherus, sed im-  
 peratoris, & vestræ dignitatis. Siquis em̄ vos roget Ger-  
 mani, vnde Imperiū, vnde principibus eligendi Impera-  
 torem facultas? Quis est, qui hæc in Romanum Pontifi-  
 cem non referat? Sed dicite, si quis rogabit Romanus ne  
 Pontifex, summus Pontifex est? quid respōdebitis? Ca-  
 uete ne cum Luterio dicatis, summū non esse pontificē,  
 Nam tunc ille interrogabit, quo pacto Imperator Impe-  
 rator, & Electores Electores erunt, si Romanus Pon-  
 tifex, summus Pontifex non est. Ita est affinis vtriusque  
 causa, vt vtrancq̄ aut damnare, aut absoluere sit necesse.  
 Neq̄ prudens magis, quam pius Luteri videris, cum te  
 Hussitarū gentem damnatā sequi profitearis, & illa olim  
 Reip. vulnera refricādo, recrudescere cogis, idq̄ in Ger-  
 mania facere audes. Sed q̄s diem Hussitis dixit: anigno-

13  
ras: Germanus Imperator, Germani principes, concilii  
patrum, Regum, & Reip. Christiana. Apud quos cau-  
sam dixit: apud eosdē. A quibus igne damnatus: a Ger-  
mano Imperatore, a principibus Germanis, & vnus or-  
bis Christiani consensu. Vbi: in Germania, Constantiæ,  
Qui ignem armati obsedere: Germani. Vos ne Germa-  
ni nunc vestris sententijs damnatos absoluetis, & maio-  
res vestros damnabitis, Luteriumq; qui & vos in Deū  
impios, & in maiores vestros ingratos facere contēdit,  
audietis: Verū nunc primū sapere Germaniā volūt Lu-  
teriani. Serius ne q̄ Phryges, Germani sapiunt: Liceat  
mihi quāso Germani, vno (vt aiunt) v̄bo maiorū vestro-  
rum laudes, quā vestræ sunt, enumerare. Illi Galliam  
(dum voluere) inundauere. Illi Hispaniā. Illi Africā,  
& Asiam, Illi Italiā, Illi Romanū Imperiū, quantūcū-  
q; est in Germaniā inuexere. Sed nūq; minores vires, &  
opes in Germaniā fuere, opes vero, & vires in vobis,  
maiorū vero præclara facta laudantur, & vt libere di-  
cam quid sentiam, has opes, has vires nollem profecto  
tam steriles esse. At inquires, bonis artibus, & studijs ma-  
iores suos Germani longo intervallo præteriere. Cōrun-  
de in vnum tua ingenia Germania, & exprime, nunquā  
vnum Alberum magnū nobis dabis. Hunc solum, quē  
latini insolenti græciq; opponāt, habēt ob scientiāz mul-  
tiplicitatem, & occultarū naturę causarū felicem cogni-  
tionem. Linguis vero pluribus loqui Germanos cōter-  
dunt. Sed cauere Luteriani, ne dum in omnibus linguis  
aduena, & hospites estis, in nulla ciues sitis. Nam Lute-  
rianorū quædam scripta aliquando videmus, qui cū græ-  
ce scribunt, latine scribere videntur, dum latine, græce.  
Demum caue Luteri, ne frustra nitaris religiosissimam  
gentem inficere, quæ religionem protegat. O quantam  
malorū segetem video, si infici posset. Putasne ceteros  
infici velle, aut vinci? Sunt arma alijs & opes, qui in me-  
liore causa. Deum quoq; ducem habebunt. Tu ne tu ne

tantorum malorum auctor eris Luteri, neque ob aliam causam, quam  
 ut videaris, & nomen tuum cum eo, qui Dianam Ephesie  
 templum incendit, extendas. Sunt enim tam peruersa quam  
 doctorum hominum ingenia, ut a posteris potius malignosci  
 velint quam ignorari. Et ut finem faciam Luteri, si me  
 audies, qui tibi profectio deteriora non opto, quam mihi,  
 te hominem natum parentibus christianis, & his sanctis  
 legibus adoleuisse, & consenuisse non sine magna laude  
 recordaberis, & nunc paululum deflexisse, cocitum  
 forte aliquorum stimulis, & exagitatum. Quod si quid iratus  
 scripsisti, non tu, sed iratus scripsit. Si disputando aliquid  
 deuium dixisti, non semper vera in medium de rebus du-  
 bus differentes afferunt. Lapsus es, homo es, palinodia  
 age. Stefichorus cum visum amisisset, palinodia recupe-  
 ravit, pater tuus Augustinus libros retractavit. Efficite  
 tandem Luteriani, ut nos Itali negare non possimus, vos  
 non disertos tantum, sed eloquentes. Dissuadete quae so-  
 ratione vestra quantum periuasisse putatis. Concilia te  
 religioni Luteri, redde te nobis Luteri. Nam furere est,  
 solum velle sapere, putas ne ingenio aut doctrina omnes, qui  
 hac in lege vixere, aut viuunt, excellere, & te solum sa-  
 pere, cum alij insaniant. Insanis profectio, si id credis. Sed  
 sapias, si me amicissimum audieris Luteri. Credendum  
 cum multis, philosophandum aut sapiendum cum pau-  
 cis. Vnum praeterea a vobis Luteriani peto, ut & si in  
 scribendo non profecero, saltem me sciatis, tum vobis, tum  
 Reip. prodesse voluisse, vos vero quid de vobis statua-  
 ris, videritis, ne uno ipse, & deum & homines hostes habeatis  
 Dixi.